Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26055
Copyright: Admont, Benediktinerstift



penitentiam p deserta tam scilicet humilitatis quam et maiorem peccatorum suorum recordando. Ascendit sicut virgula fumi. Eadem peccata humilitatis ostendendo. Quae confessio recte fieri sicut virgula fumi dicitur. Qua per plures peccatorum species tanquam fumus de thuribulo. per plura foramina derivatur. Et notandum quod fumus cum nunquam habeat splendorem. Non nunquam tamen habere possit odorem. Quod autem hic fumus confessionis habeat odorem quando pietatis. Innuitur ex his quae subiunguntur. Ex aromatibus myrrha et thus. Et aromatibus myrrha et thus. Confessionem debet semper comitari myrrha et thus. Idem mortificatio carnis et oratio cordis. Alterum eorum sine altero. aut parum aut nihil prodest. Nam si quis carnem mortificet. et orare dissimulet. superbus est et dicitur ei. Nunquam manducabo carnes thaurorum aut. s. h. p. Item si orauerit. et carnem suam mortificare neglexerit. audiet. Quid vocatis me domine domine. et non facitis quae dico. Et illud. Qui auertit aurem suam ne audiat legem. oratio eius erit execrabilis Vtrumque ergo alteri sufficiatur. dum constat quod altum sine altero reprobatur.

Sequitur. Et uti musi pulmis pigmentarii. Post recordationem et confessionem peccatorum. post mortificationem et orationem. exhibendus est fructus eleemosinarum. Quae bene pulmis dicitur: quia de minima substantia fiunt. pigmentarius. quia suauissimum odorem emittunt. Hinc est quod ab angelo cornelio bene agenti dictum est. orationes tuae et eleemosinae tuae ascenderunt in memoriam in conspectu dei. Nisi enim eleemosinae cum orationibus suauae aliquid redolerent. in conspectu dei nullorum ascendere valerent. Vel uti musi pulueris pigmentarii ideo dicitur. quia non solum magna. sed etiam minima quoque peccata conterenda sunt per confessionem. et diluenda per compunctionem. Haec de prima emissione dicta sufficiant.

Secunda est una commentatio in claustro vel in eremo. In hac emissione nulla fit mentio deserti aut fumi seu pulmentorum. sed lucis. splendoris. atque uirtutis. Denique in huius laude anglica uoce cantatur. Quae est ista quae ascendit sicut aurora consurgens. p. ut l. electa ut s. t. ut c. a. ordinata. In qibus ubis triplex eius uirtus ostenditur. humilitas. castitas. caritas. Aurora quippe finis est noctis. et initium lucis. Nox autem umbra peccatoris. lux significat umbram iusti. Aurora ergo quae fugat tenebras. lucem nuntiat. merito humilitatem designat. quia sicut illa diem et noctem. ita ista diuidit iustum et peccatorem. Nam hinc idem abhumilitate iustus quisque incipit